


M. K. 22²
(f. 43 r.)






1

LIBRI PRIMI
POLITICORUM
ARISTOTELIS,
Cum Paraphrasi Heinsiana,
DISPUTATIO PRIMA,
Quam
PRÆSIDE
M. SEVERO CHRISTOPHORO
OLPIO,
POESEOS ORDIN. ET MORALIUM
EXTRAORD. PROF. PUBL.

publicè ventilandam Lyceum
proponit
D. 12. MARTII Eisenberg.
Johann Balthasar von Gablkoen.
Nob. Stirus.

J E N Æ,
Typis Sengenvvaldianis,
ANNO CIC IOC LIX.



COROLLARIA.

1. **G**iphan: in Comment. Pol. librum primum pro Oeconomico potius, quam Politico agnoscit in ejusdem argumento, cui non subscribimus.
2. Nec assentimur Montecatino in p̄f. Comment. Pol. affirmanti librum primum propriè & primo non pertinere ad civilem disciplinam, probatio ex c. ult. lib. 10 Eth: est insufficiens.
3. Societas civilis non dependet primario ab instituto hominum, ceu Grot. l. 1. dej. b. & p. c. 4. afferere videtur. sed à natura.
4. Qui non vivit in societate civili, suo modo est àequivocè homo.
5. Ex eo, quod societas nuptialis ab Arist. vocatur, οὐευξίς τὸ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς non potest colligi, quod Polygamia sit contra ius nature, ut non nemo colligit.
6. Mas & fœmina sunt materia hujus societatis, quemadmodum conjunctio & ex illa fluens mutua obligatio est forma.
7. Ut aliquis sit Dominus & Servus natura, non requiritur actus, sed sufficit potentia.
8. Barbari fuerunt servi natura, quamvis actu imperantes non habuerint.
9. Plutarchus afferit Pelopidam naturā Imperatorem fuisse, vice versa affirmare possumus, quendam Imperatorem esse naturā servum.
10. Servus actu vocatur κτημα possessio & instrumentum separatum, moveaturq; in accurandis negotiis non physicè, sed moraliter, qui motus in mandato Domini consistit.
11. Domus non consideratur materialiter, prout tectis & adificiis constat, sed formaliter, quatenus in imperio & potestate consistit, quam paterfamilias in domo habet; fieri enim potest, ut tecta & parietes vel pereant, vel relinquantur, & nihilominus ius s. imperium & potestas maneat.
12. R. Etius civitas dicitur societas ex pluribus vicis, quam vicinitatibus.
13. Non est cætus hominum secundum easdem leges viventium, ut vult Reinh. Kön in Theatr. Polit.
14. Rer. autágnesiav non intelligitur summa abundantia, bonorum cumulus & ubertas, sed sufficiētia rerum necessiarum.

GENE-



GENEROSE ATQUE NOBILISSIME
Dn. à Gablkoven/
AMICE SINCERE COLENDE.

EX quo tempore veræ religionis servandæ ergò sedem patriam migrare, & exteras oras adire coactus es, ea rerum tuarum, fati arbitrio, conditio fuit, ut fortunatè in castris habens, pro libidine versaret ac volveret, et in tales difficultates coarctaret, unde emergendi deinceps spes nulla esset super: animus enim tuus judicio adhuc infirmus non potuit se expedire. Cum verò matu-
rior accesserit ætas, singularis ingenii vis in te illuxit, animusque virtute in-
census, omni fortuna valentior, nescivit succumbere, sed ad illam se efferendo
altior stetit, firmâ, quam adversa eripere non valuit, spe fultus fore, ut in
posterum omnia exoptatiūs procedant, & alibi fors tua (hic n. symboli tui ner-
vus est,) ex voto floreat. In hanc igitur illustrem doctrinarum sedem conces-
sisti ad instruendum & locupletandum ingenium sapientiæ studiis, ubi omni-
nisu contendisti optima quæque & tuo genere ac loco dignissima tibi vendi-
care, in quibus fundamentum perpetuæ commendationis & publici utilitas
inesset; quæ & tam bonæ conscientiæ fructum, quam gloriæ præmia reporta-
rent: in primis verò civilem Prudentiam (quam Aristoteles, unicus ille in omni
scriptorum genere Phœnix in aureis suis Politicorum scriptis reliquit,) maxi-
mè pensi habere cogitasti, existimans, neminem quenquam sine hujus præsidiis
feliciter in jurisprudentiæ sacraria penetrare, nedum salutari consilio aut judi-
cio rem posse roborare publicam. Specimen hactenùs præstigi laboris publi-
cum nunc ostendere voluisti, quô de animi tibi gratulor, nec, quin idem
juxta tecum tentent alii juvenes genere & animo Nobilissimi, dubito; vel cer-
tè posthac tentaturos tui similes, mihi seriò persuadeo. Vale.

Severus Christophorus Olpius, Prof. Publ.

QUÒ magis Æolii fratres grassantur
in ignem, (tit.

Tantò flamma magis fervet & alta pe-
Hactenùs adversus quoque te spiravit,
Amice,

Tempestas variis impetuosa malis.
Ex gremio patriæ variorum turbo ma-
lorum.

In nunquam visos jussit abire locos.
In mare tristitia quoque te conjecit, ut
unda. (gat:

Fluctibus innumeris te male sana te-
scilicet ut posset virtutis honesta cupido

Et vis ingenii pressa perire pii.
Sed quò pressa magis, tantò vehemen-
tiūs ardens

Surgit fax animi, Vir generose, tui.
Surgit, & in mediis sese magis erigit
undis,

Inque polo sedem gestit habere suam.
Sic sic ad Cœlos ascendere perget tuosq;
In terras radios desuper ire jube!
Tunc te cœlestes mirabitur inter ocel-
los,

Gaudebitq; tuo lumine quisque frui.
Günther von Griesheim, Nob. Th.

01 A 6574


ULB Halle

003 090 566


3



R VD 17



Farbkarte #13



B.I.G.

LIBRI PRIMI
POLITICORUM
ARISTOTELIS,
Cum Paraphrasi Heinsiana,

DISPUTATIO PRIMA,

Quam
PRÆSIDE

M. SEVERO CHRISTOPHORO
OLPIO,

POESEOS ORDIN. ET MORALIUM
EXTRAORD. PROF. PUBL.

publicè ventilandam Lyceum
proponit

D. 12. MARTII Eisenberg.

Johann Balthasar von Gablkoven.
Nob. Stirus.

J E N A E,
Typis Sengenvvaldianis,
ANNO CIC IOC LIX.

